

Responsio privatim facta no:  
mine Regia Maiestatis.

Et licet non dubitet Sacra maiē:  
stas Regia Dominus meus gratio:  
sissimus Maiestatem fraternam  
gratulari, quod Regia Maiestas  
hoc solum Regium paternum, fra:  
ternumque considerit gratulatio  
tamen quam a vobis fraternam Ma:  
iestatis clarissimis Oratoribus  
audivit gratissima et sua Maiesta:  
ti habet qz fraternam Maiestati  
immortales gratias habitura in dies  
maiores.

Quod vero Sacram Maiestatem il:  
lam gravius ferre dicitis, quod in hac  
electione de Maiestate Domini No:  
stri felicibus auspicijs facta aliqui  
negligentius cum illa Maiestate a:  
ctum est, Maiestas Domini Nostri  
nihil intelligere potuit, quo illius  
Majestatis fraternae animus merito

offendi.

83



offendi deberet quam particulam  
legationis Consiliarij plenius de:  
clamabunt, et absolvent.

Quantum autem ad Statum  
Ducatus Lithuania ex Majesta:  
te sua aliqua in parte intelligere  
potuistis. Statum illius Ducatus  
in quo varia gentes Diversa religio:  
nis, ritusque Diversi continentur,  
et ideo ad tumultum procliniore  
profecto, si sub hoc tempore belli  
imitationem in illo Ducatu intellige:  
rent in periculum jacturamque illius  
Ducatus declinarent, constituit Ma:  
iestas Domini Nostri mittere  
Oratores ad Maiestatem fraternam  
qui Declarabunt omnia, quo ad  
Statum illius Ducatus committentque  
prudens et virtuti Mtti fraternae  
et tandem Mttas Dni Nri salvo  
debito in omnibus morem gerere  
Mtti fraternae qm ita constituit ut  
fraternae Mtti morem gerat et placeat.

